

E#66#134



PA2333

.R4

1734

c.1

132607

tercedentibus sanctis martyribus  
 tris **N.** & **N.** celsis remedijs fa-  
 ciat esse cōsōres. Per Dōminum  
 nostrum Iesum Christum Filium  
 tuum: Qui tecum vivit.

¶ Item alia **Epistola** & **Euan-**  
**gelia** pro pluribus martyribus.

**L'écitio** libri Sapientia.

**R** Edidit Deus iustus merce-  
 dem laborum suorum, &  
 deduxit illos in via mirabili: &  
 fuit illis in velamento diei, & in  
 luce stellarum per noctem: trans-  
 tulit illos per mare Rubrum, &  
 transtulit illos per aquam ni-  
 miam. Inimicos autem illorum  
 demersit in mare, & ab avertidine  
 inferorum eduxit illos. Ideo iusti  
 vulturunt spolia impiorum; & de-  
 canterunt, Domine, nomen san-  
 ctum tuum.

**L'écitio** Epistolae beati Pauli Apō-  
 stoli ad Romanos.

**F** Rares, Iustificari ex fide,  
 pacem habemus ad Deum  
 per Dōminum nostrum Iesum  
 Christum: per quem & habē-  
 mus accessum per fidem in grā-  
 tiam istam, in qua stamus, & glo-  
 riāmur in spe glōriæ filiorum Dei.  
 Non solū autem, sed & gloriā-  
 mur in tribulationibus: scilicet  
 quod tribulatio patientiam ope-  
 ratur: patientia autem probatiō-  
 nem, probatio vero spem, spes au-  
 tem non confundit: quia charitas  
 Dei diffusa est in cordibus nostris  
 per Spiritum sanctum, qui datus  
 est nobis.

**L'écitio** Epistolae beati Pauli Apō-  
 stoli ad Romanos.

**F** Rares, Non sunt condignae ad  
 passionem huius temporis ad-  
 futuram glōriam, quae revelabitur  
 in nobis. Nam expectatio crea-  
 turae, revelationem filiorum Dei  
 expectat. Vanitatis enim crea-  
 tura subiecta est non volens, sed  
 propter eum, qui subiecit eam  
 in spe: quia & ipsa creatura libe-  
 rabitur a servitute corruptionis,  
 in libertatem glōriæ filiorum Dei.  
 Scimus enim quod omnis crea-  
 tura ingemiscit, & parvult vique  
 adhuc. Non solum autem illa,  
 sed & nos ipsi primitias spiritus  
 habentes; & ipsi intra nos gemi-  
 mus, adoptionem filiorum Dei  
 expectantes, redemptionem cor-  
 porum nostrorum.

**L'écitio** Epistolae beati Pauli Apō-  
 stoli ad Corinthios.

**F** Rares, Exhibemus nosmet-  
 ipsos sicut Dei ministros in  
 multa patientia, in tribulationi-  
 bus, in necessitatibus, in angū-  
 stis, in plagis, in carceribus, in  
 seditionibus, in laboribus, in vi-  
 giliis, in ieiuniis, in castitate, in  
 scientia, in longanimitate, in fla-  
 nitate, in spiritu sancto, in chari-  
 tate non ficta: in verbo veritatis,  
 in virtute Dei, per arma iustitiae à  
 dextris, & à sinistris, per glōriam,  
 & ignobilitatem, per infamiam,  
 & bonam famam: ut seductores,  
 & veraces, sicut qui ignoti, &  
 cōgniti: quasi mortentes, & ec-  
 ce vivimus: ut castigari, & non  
 mortificari: quasi tristes, semper

autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.

**L**égitio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

**F**ratres, Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reprimissiones, obtinuerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterrum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij verò ludibria & verbera ex-

runt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ideò sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus: quoniam Agnus, qui in médio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

**S**equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Videns Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docébat eos, dicens: Beati pau-

# ARTIFICIOSUM VOCABULARIUM POETICUM, *P. R. S. E. U. L. L. I. A. N. O.* PROSODICUM.

DISTINCTVM PER DVODETRIGINTA legitimos pedes vnâ cum octo partibus Orationis, earumque Attributis mutua respondentes Manuductioni: quæ septem Centurias Paradigmatis in cellulas, compendiosè redactis enumeratas continet:

IN USUM STUDIOSE IUVENTUTIS, non modo perutile, & diligentèr accommodatum, sed maximè necessarium: summa cura, & non minori studio, & usu elaboratum.

*A. R. P. Fr. PETRO REYNOSO FLORES,*  
& Rivera, Regij, ac Militaris Ordinis B. V. MARIE DE MERCEDE Redemptionis Captivorum, Urbis Mexicanae Alumno, & Filio Conventus eiusdem Civitatis, atque Provinciae Visitationis semel, & iterum Diffinitore, EIDEMQUE PURISSIMÆ VIRGINI DICATUM.



MEXICI: EX-TYPOGRAPHIA REGALI D. MARIE DE RIVERA  
in publicâ viâ de Empedradillo Anno Dni. MDCCCXXXIV.

46273



1080046613

MUL  
RUM  
M  
PROSODICUM  
DISTINCTVM PER DVODECIGNITA  
legimus peris var eius obo patitur Omnia  
causam Annona reuata respodentes Mandato  
in: que replem Omnia Paragana in cellas  
compendio reobis conuenerit conuenit  
IN USUM STUDIOSA IUVENTUTIS  
non modo perit & illi reuata reuoluntate  
inimicis reuoluntate reuoluntate non timon  
reuo & non reuoluntate  
A. B. F. B. T. B. O. P. R. A. V. O. F. L. O. R. E. S.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON  
CARILLA ALFONSEINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA



MEGROFILMADO Rollo - 9

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA  
DEL ESTADO DE NUEVO LEON  
102607

PISSIMIS, PVRISSIMIS, PVLCHERRIMIS,  
Modestissimisq Oculis Gloriosissima, Excella,  
Sublimis, Eminentis, atque Redemptionis Ca-  
ptivorum Fundatrici Optimæ, Erectissimæ  
maximæ Virginis MARIÆ, Christi Domini  
vnici Dei Patris Filij Matris, & ab omni labe  
immunis, tuus semper devinctissimus, atque  
humillimus Servus Fr. Petrus à Reynoso Flo-  
res, & Rivera, hæc Vocabularia supplex sistit,  
ac reverens sacrat canens :

*O Charissime Lucæ,  
Nitidissimi Soles,  
Felicissime Faces,  
Augustissima Sydera.*



**C**UINAM, & he gemme inter vestes Attar-  
licas crispantes, inter Cruces, Calyces  
atque Coronas illulas auro, sunt: Cuinam  
& illud ornamentum pulchrum, scilicet  
monilia antiquo celata opere, inter pon-  
derosas statuas auro, & margaritas insignes, inter voti-  
va dona reliqua: quibus virginalis Aura flaret, qua sum-  
ma omnia nituntur, & gaudens, elementa quatuor, &  
totidem anni tempora, & orbis quadrifariam duplici di-  
cretus Oceano, & emensa quater Cælo lustrâ redeuntia,  
& quadrigæ solis, & duobus Cæli luminibus adjuncti  
Vesper, & Lucifer: terra, polus, volucres, pisces, feræ  
muppi  
fon

fontes, volucres, Stelleque matutine, nisi dignis,  
collo: Vnde Ovidius lib. 10. Metam.

*Dat digitis gemmas, dat longa momilia collo:*  
Cuiam Orientales gemmas, nisi marinae conche? Cui-  
nam pretiosos lapides, nisi abulo gestandos offerret  
amor? Consecraret obsequium? O tutelaris Deipara,  
anulus es, quae Christum lapidem pretiosum, & angu-  
larem in utero tuleris: Concha es, non marina, sed  
Mariana, in qua illiquescente Divinitatis tore, vno co-  
alsuit non margaritarum, sed hypostatica. Quae quidem  
tu Mater Deo participata habuisti, oculique tui vni  
quoque magnificam, vade ipse: *Vulnerasti cor meum  
soro r mea Sponsa: vulnerasti cor meum in vno ocalorum  
tuorum: ideo ad hoc quidam Poeta:*

*Magnetem gerit illa oculis operosa pudicis:*

*Hinc mentem, & sensum magnetis more laeessit.*

Iure igitur, cum tibi tantum debeam, quantum nemini  
creaturarum, ingratus sane sum, atque ab omni prorsus  
humanitate alienus, nisi tibi respondeam. Quid enim  
splendidius excogitari potest tua erga me benevolentia,  
atque benignitate? Ea est, Domina mea, tui et ga om-  
nes animi propensio, ac benemerendi voluntas, ea in  
eaptivos beneficentia, is demum rerum Redemptionis,  
& nostri, & Regij, ac Militaris Ordinis tuis amori vt  
tamecti nulla in me tua extarent merita, to tamen ama-  
turus fuerim, atque veneraturus. Quis, inquam, locus  
est, qui non beneficijs tuis agiter, inflammet? Nullus,  
inquam

inquam, Sancta Deigenitrix, quin admirandam Appari-  
tionis speciem tuae incutiat. Nunc vero ego mira tui  
amoris exardens flamma, quidquid in his pedibus stru-  
endis, scribendis, corrigendis, evolvendisque Profodiae  
mysterijs laboris, aut operae ponendum curaverim, non  
poteris, quin accipias, quod offerimus munusculum, lapi-  
des damus impolitos quidem, ac rudes, tu pretiosos red-  
de: gemmas sine luce, & nitore squalentes proponimus,  
tu lucentes, & nitidas effice. Quid ergo, Deigenitrix Vir-  
go, de te sentiam? Maximus tibi cultus debetur: & illa  
disticha addam:

*Aurore vt rosed clarescit lumine Caelum,*

*Illius adventu vt sydera diffugiunt:*

*Solis, & ingenti, ceu nix ardore liquecit,*

*Et subito rivos disfluit intenues:*

*Sic Virgo, Materque Dei dulcissima venit*

*Fronte serena nitens, praesidium, & columen:*

*Ipsamet è Caelo apparet, cum in luminis aura*

*Obscuras subito pulcra petens: latebras.*

*Nanque poli, mundi que sator, qui cuncta gubernat,*

*Vt miserum sygio liberet hoste genus,*

*In tua se (humane contactus imagine formae)*

*(Mirus amor) clausit viscera sancta Deus.*

*Fertilis est tellus, dum mittit cultor at atrum:*

*Vt vigil ad flores vomere signet opus.*

*Iam vero, Sol clare, tui vi luminis aet,*

*Et que gestabat pratula, gestat opes.*

*In melius mutatur ager, fit florea gamma:*

Flos, qui servato nomine, nuper erat.  
En tibi non florem, gemmam pro flore dicavit  
Cultor, ut ad tantas apta sit ire manus.

Nanque tuo, si flos adventu gemma nitefcit,  
Ducta manu illa niteus, & pretiosa magis.

Hinc fert pro fructu plantas ager, & tibi fructum  
Sponte dat ad gratas respiciendo manus.

Sed quid ego nunc de his ad te? Quæ tu omnia, & no-  
sti oprime, & magnopere diligis. Itaque mei ego insti-  
tuti non immemor, omne otium in tuâ captivorum  
misericordiâ evolvendâ consumebam, quam quidem  
concinne, acurèque sententiæ luminibus quibusdam,  
quasi stellulis ornas, & illultras præluens. Huc igitur ad-  
voco ex Dacontio Poeta Christiano descriptionem :

Lux inbar æthereum, lux noctis limes, & umbra,

Lux facies rebus cunctis, & lux elementis,

Lux genitus, factisque calor, lux gratia Solis,

Lux decus Astrorum, lux aurea cornua Lunæ,

Lux fulgor Cæli, lux, & primordia mundi,

Lux splendor flammæ, lux magni temporis index,

Lux honor agricolis, requies lux omnibus agris.

Cum itaque tecum ipse dispicerem, qua ratione animi  
erga te mei specimen aliquod darem, ut te indigna  
Vocabularia non essent; commodum in mentem venit  
Labyrinthi cuiusdam. Et quale quale est munusculum, meq̃  
ipsum offerentem ad tuam ipsius animam provolutum,  
tibi, ut digneris, accipere, non sum veritus supplicare, ut  
per te quisquis introierit, ingrediatur, & egrediatur, &  
ianuam inveniat.

## IUDICIUM D. ISIDORI DE SARIANA,

Facultate Sacrorum Canonum pro Regali Univer-  
sitate Doctoris Emeriti, Parochie Sanctæ Veræ-Crucis  
vigilantissimi Animarum Custodis, atque huius Archi-  
episcopatus Examinatoris Synodalis, &c.


Excuse Princeps.

**E**TSI iure suspectum me existimare deberem, dum munus censoris  
hoc in opere suscipere conor, ne supra Magistrum caput extol-  
lere videar divini oblivis infalibilitatis sermonis, quia tamen  
tantum Principis decreto obtemperare compellor, indefef-  
sum Auditoris laborem stupefactus nitabor. Quis nisi Adamantius, aut  
Chalcædæus (ut de Origine aiebat Hieronymus) opus immensus consu-  
mare ausus fuisset? Quis tanta, tantaque in vaum proluxu collegisset volu-  
men, ut multorum villiati consuleret, nisi qui post assiduam librorum  
evolutionem, nactus fuisset ingentem syllabarum quantitatum perfectam  
peritiam, ut ipsa testatur, scripta, ut discipulorum turba per unive-  
sum Orbem proclamat, quæ iam in Regali Academia doctorali laura in-  
signita resurgit, iam in regularibus Monasterijs resplendet, & ubique lu-  
men spargit? Sed ut amplius, & amplius fama volet per auras prodeat  
in lucem hoc iucundissimum opus, in quo metri amatores facile repe-  
re queant, quidquid in multis magno cum sudore aucupari haud possint.  
Prodeat iterum, inquam, in lucem, ut cupida juvenus paratum sibi fon-  
tem eruditionis inveniat, non illum commentitium Poetarum, ex quo  
omnes nomen poësis hausisse fineret; sed verè delectationis Oceanium,  
ex quo dulcia manantia flumina degustare iuvabit; merito igitur typis  
mandare licebit, ut non duntaxat presentibus, sed etiam posteris vberri-  
ma relinquantur doctrina, quam nevitquam valeat abolere vetustas, nec  
tempus, nec mors gloriosam sepellat memoriam, sed semper maneat  
illata, ad omnesque generationes deveniat, ut nullo careat tam pulcher-  
rimo, & copioso fructu, qui nevitquam labem contineat nostræ ortho-  
dxæ fidei contrariam, nec moribus advesante Christianis, vitii ingentis  
profiteor, & reor, *salvo meliori*. Mexici die 9. Augusti 1718.

Humilis Capellanus, & Servus.

Dr. D. Isidorus de Sariana.

**EL EXC<sup>mo</sup>. SEÑOR D. JUAN DE ACUÑA,**  
 Marqués de Casa-Fuerte, Cavallero del Orden de San-  
 tiago, Comendador de Adelfa, en la de Alcantara, del Con-  
 sejo de su Magestad, en el Supremo de Guerra, Capitan Gene-  
 ral de los Exercitos, Virrey, Governador, y Capitan General  
 de esta Nueva-España, y Presidente de la Real Audiencia,  
 &c. Concedió su licencia para la impresion de este Libro,  
 visto el Parecer del Dr. D. Isidro de Sariñana, Cura mas  
 antiguo de la Parrochia de la Santa Vera-Cruz, de la Ciu-  
 dad de Mexico, &c. como consta por su Decreto de 9. de  
 Agosto de 1728.



Fce de Erratas.

Pag. 8. column. 1. lin. 1. *remiz*, leg. *rediz*. pag. 15. column. 2. lin. 33.  
*myfraz*, leg. *myfax*. pag. 18. column. 1. lin. 8. *bombax*, leg. *bombax*,  
 pag. 19. column. 1. lin. 15. *vocabus*, leg. *vocabulis*. pag. 29. column. 1.  
 lin. 7. *diez*, leg. *die*. pag. 32. column. 1. lin. 3. *adac*, leg. *adacuc*. pag. 39.  
 column. 2. lin. 12. *paupes*, leg. *pauper*. pag. 41. column. 1. lin. 27. *anno*,  
 leg. *anno*. pag. 44. column. 2. lin. 39. *apian*, leg. *apianu*. pag. 47. column.  
 1. lin. 29. *fatanas*, leg. *fatanas*. pag. 51. column. 1. lin. 19. *polyllaba*,  
 leg. *polyllaba*. pag. 55. column. 2. lin. 18. *pedico*, leg. *pedico*. pag. 68.  
 column. 2. lin. 37. *quamdam*, leg. *quidam*. pag. 67. column. 1. lin. 23. *effar-*  
*fo*, leg. *effarcti*. Ibidem. *effarcti*, leg. *effarcti*. pag. 68. column. 2. lin. 25.  
*ad, ita*, leg. *aditit*. Ibidem. column. 2. lin. 13. *novisti*, leg. *novisti*. pag.  
 69. column. 1. lin. 27. *per antiquiores Poetas*, leg. *per antiquiores Poetas*.  
 pag. 77. column. 2. lin. 23. *cecidit*, & *cado*, leg. *cecidit*, & *cado*. pag. 80. co-  
 lum. 2. lin. 36. *congruus*, leg. *congrui*. pag. 87. column. 2. lin. 16. *mulci-*  
*mas*, leg. *multimus*. pag. 88. column. 2. lin. 8. *anguimus*, leg. *angimus*.  
 pag. 94. column. 1. lin. 26. *befaleis*, leg. *bifaleis*, seu *bifalpis*. Ibidem. co-  
 lum. 1. lin. 29. *sacerdos*, leg. *repositor*. pag. 97. column. 1. lin. 29. *fuffiso*,  
 leg. *faccio*. pag. 98. column. 1. lin. 23. *subhorret*, leg. *subhorret*. pag. 119.  
 lin. 11. *fxigia*, leg. *fxigia*. pag. 125. lin. 3. *in antepenultima*, leg. *in penul-*  
*tima*. pag. 143. column. 2. lin. 22. *iffent*, leg. *iffent*. Ibidem. column. 2. lin.  
 29. *fuffivois*, leg. *fuffivois*. pag. 146. column. 1. lin. 4. *abron*. *abron*.  
 leg. *abros*. *abros*. ¶ Advertate, que en la Manuccion pag. 115.  
 lin. 23. *veruffe*, lealle, *venuffe*.

Mendez, Sacra Theologiae pro Regali Vniuersitate Do-  
 ctoris, eiusdemque nuper Rectoris, Sacrae Inquisitionis  
 Qualificatoris, Angelopolitane Ecclesiae Portionarij, suiq[ue]  
 Capituli in hac Ciuitate Fideicommissarij, huius Archie-  
 piscopatus, & Episcopatus Angelopolitani Examinato-  
 ris Synodalis, &c.

Domine Provisor.

**Q**UAM V. D. preceptorum maximi semper habui Intima-  
 tionem, quaeque ijs obtemperatio mihi ut per eum inquam  
 aliter actum, eadem modo in me nullum perturbant, ve  
 quantum mea fides studij tui attulit ad obediendum,  
 tantum reuertitur, & alia ferè innumera timore ratio aliè detrahit.  
 Ex quo enim *Asi* sicio sum *Vocabularium Poeticum*, à R. A. P. M. Fr.  
 Petro de Reynoso, Regalis, ac Militaris Ordinis Parisinae Virginis  
 MARIE de Mercedes Redemptionis Capitiuorum, continè elabo-  
 ratum examinandum suscepi, papyrum reformidabam calamus, &  
 cepit pendulus cogitatione, quae se veterer animi sibi sciebas: iam  
 enim consulerum Harpocrationem, ad silentij templum confugere, opera  
 pretium facere exultabam, quidquid verèbar Quintilianij censuram  
 huiusmodi taciturnos serua correctione oburgantis: iam Mercurij  
 faciendum in auxilium accersitur florentem, quin & ideo spina-  
 rum, aculeis in periam decernebam ad ire Provinciam: iam tece-  
 rum agens, centorem vicinque dictamen exponere, non semel in an-  
 num venit: iam gratum discipulum gestiens copiosam pro posse cla-  
 borare panegyrici crebro cogitasti, quapropter secundum quidem si-  
 mul, & insulsum accipitem mae fortis inflexum, vel perperitum  
 habens, quam quidem graulari, iam deuthere vnos cogebat. Nonne  
 felicem, & per quam omnium casum haberem, qui iam praebat  
 anam, ut operis Authori addiditissimum, seque ab incensibilis de me  
 haecemeritum, lux doctrinae laetè nutritum, sumi etiam prope dixe-  
 rim parium in coram me possem iurare? Nonne etiam aduerso, &  
 muij



vel niger mortis plena irascere buca, quod talia propalans, nec  
valerem beneficium opere agnoscere, nec gratiam possem. viliis voci-  
bus remitteri? Hæc omnia volutabam mœcum, & assidua confusione  
detentus tandem aliquando actum agere, comperis sum: nam qui  
fieri poterat, ut censorum, qui amicitia vinculis sic irretior, qui etiam  
ut præconem, qui Musas huculque vix à limine salutari tantis, Authoris  
agere, vel præfumerem? Præterim cum patris oculis semper habuerim  
docentem Iuvenalem:

*Noscenta est mensura sui, spectandaque rebus  
In summis, minimis que.*

Cum memor fuerim Horatianæ sententiæ:

*Metiri se quenque suo modulo, ac pede verum est.*

Denique cum eiusdem consilium alta manserit mente repositum:

*Sumite materiam vestris, qui scribitis equam  
Viribus, & versate diu, quid ferre reculent,  
Quid valeant humeri.*

Quandoquidè aunia illa satis strenue obire, quovis iudice, non valerè,  
quantilibet fieri fontes, Phocidiam fluentem hausissem, nec si periculis Quin-  
tiliani stotulos abundantiæ, aut per gratias Tullianæ eloquentiæ nau-  
los ebibissem, qui nibeat etiam faurices Charites, Mercuridumque ipsum  
expetiret Patro um. Quare cum imbecillior sim, quam ut possem, vel  
opera mea dare, vel Encomiastes voluptati indulgere, ne videri  
vid. ar. a. r. u. r. i. u. s. officium solum deque velle confundere, vnam eli-  
gam operis descriptionem contexere, qua sui idem cum censor, tum  
etiam dilaudator habeatur.

Ergo in lucem exiit Opus quidem absolutissimum, & retro-  
actis saculis haud inventum. Iam enim Antonius Nebrissenis, His-  
paniæ decus, & Latine linguae facillè Princeps ipse iecerat funda-  
menta: iam Ambrosius Calepinus, vir quidem in paucis eruditus, sed  
per his construxerat magnificentam eloquentiæ regiam, tot eruditionis  
lapidibus cateruati distictam, tot diuersis refertam, tot gemmis  
ornatam, tanta denique supellectilium varietate exornatam, ut Regi-  
næ Palatium Eloquentiæ merito nuncupari crediderim: dux tantum  
ad eius valvas non plus ultra inscripserat desiderabantur columnæ, eas  
Author operis Hercules ne labore iam affixi, iam arduo Epithe-  
torum

torum opere, cunctorum plausu, acque admiratione vtile mihi censens, dicit  
et omnia punctum tulerat Rabinus Textor: iam plures Epitheta, Syno-  
nima, Phrases, Scælia id generis concurantes, gradum ad Partiatum  
quasi exiguo demonstraerant: iam omnes magnæ notæ Authores, ut vno  
verbo dicam, suis hæcenus latinam linguam ditarent monumentis  
deerat cretenu longè inflexus, & inextricabilis Labyrinthus, vnus  
Dædalus, vnus Theseus, vnus denique glomeris auris sed opus ille,  
operis Author isti, operis Authoris filius, inq. fallor, haberet, a dmi-  
ratur, conspiciatur. Neminem enim prope vnum inuenire esse iudico,  
cui non sit Author dignus, qui præponatur cui non multum lucis ad  
augeat, cuius filium non temperet si rigidum, non deieget si obseu-  
rum, non denique condit si insipidum. Quotus enim quisque est,  
qui verba per modos, per tempora, per personas prolixius coniuget,  
qui nomina per numeros, per casus inflectat, qui cunctas orationis  
partes adeo munitat, ut transeurat? hequet etiam, qui tantæ laboris  
merc de Virgilij elegantiam, qui Ouidij concisionem, qui Horatij  
profunditatem, qui Iuuenalis satem, qui Audenij argutias, qui Mar-  
cialis facetias, qui omnium omnia haud solum non calleat, sed verò  
etiam pro capiti non facili negotio imitetur, cum ad omnes Poetas  
vnum sit Vocubularium hocce Manducatio, adeo, ut vel amicus puer  
latiæ dialecti præcite gnarus, quod ad metrum atinet, comptè possit,  
& numerosè equi.

Ad hæc quid dic de innumeris prope modum versificandi  
mo dis, quo, um metricæ dispositionis exquisita indagine haud conten-  
tus, consueq. protrahit diligentiam, ut alterepens versusum cuncto-  
rum ortus, & cunabula retereat? Scit enim, quod inuenis addere faci-  
le, quare atque quæque peti, & de absconditis, penegre oblitis vetu-  
statis formis, & ciosas depromit pro communi vtilitate notitas: cu-  
ius labor is est, ut vix petipi queat, quomodo ipsi Author, non di-  
cam vltimam, sed vel mediam manum imposuit, quandoquidem tot  
temporis, tot expectacionis, tot denique laborum molestæ volutionis  
expollat, cui sedulo incumbere, nescio, qui poterit vtri humana  
facultas adeo in imbuedis pueris per totum ferme ex prælatis vitæ  
curriculum, eorundem cum profectu versari, ut pro requie exercitium,  
pro otio studium, pro solatis otium habuerit, Obstat, qui adsunt,  
vbi que Regni tanti præcipuis discipulos, quot Religionis pretiosa  
valde veste decori, Conobio, um caelos illustrant, & tanquam stella  
erudiant, multos quot Mil. erue honorati multum insula venusti sapi-  
entia domum occupant, & quasi excita columnæ in suggestus vale lo-  
cate mollem ædificij sustentant, quot Ecclesiæ dignitate conspicui, ceu  
flamma, antia funalia ciuitatè candelabrum exornant, quot strenuo nimis  
cu lo.

custodiam animarum officio velut boni Pastores Ecclesiarum pascunt  
frequentant quos, sed amphora cepit instans, curtere rosi ideo viceu  
cauit, quia mei me aliquando ledere, si non qua glorio, peroptatam  
aniam arripem, vi in voti anathema leve talem erubuerem accepta  
mercedis iudicium.

Sed ad propositum regressor, & censorem icium agens, equi  
bonique consilium existimo, si opus decorem dignum, quod typis  
quam primum mandetur quandoquidem, nec in minimo labe factas  
fidei, quin potius gloriam Dei commendat, & publice vtilitati inere  
mentum maximum pollicetur de cetero *subo, etc.* Mexicana. Maij  
Anno Domini 1728.

Dr. D. Josephus Fernandez  
Mendez.

Licencia del Ordinario.

EL SEÑOR D. FRANCISCO RODRIGUEZ

Navarrio, Doctor en ambos Derechos, Abogado de esta  
Real Audiencia, y de Presos del Santo Oficio, Medio Racio  
nero, Canonigo Doctoral, y actual Maestro Escuela de esta  
Santa Metropolitana Iglesia, Cathedralico Subilado de Vis  
peras de Leyes, en la Real Universidad, Juez, Provisor, y  
Vicario General de este Arzobispado, &c. Concedo su  
licencia para la impresion de este Libro, vista la Censura  
del Dr. D. Joseph Fernandez Mendez, Prebendado de la  
Santa Iglesia Cathedral de la Puebla, &c. como consta por  
Auto de 13. de Mayo de 1728.

APPRO;

APPROBATIO R. P. M. Fr. IOANNIS ANTONII  
de Segura Iruco, abm Collegij D. Petri Paschassi,  
Studiorum Regentis, deinde Provinciae Secretarii, &  
Visitatoris, postea huius Maximi Mexicani Conventus  
semel, & iterum Commendatoris, ac demum huius Pro  
vinciae Visitatoris Provincialis, Sanctique Inquisitionis  
Officij Qualificatoris.

Rev. P. N. Vicari Generalis.

IUSSERAS (R. M. P. N.) me quendam pro approbatione librum  
recognoscere, quem P. Fr. Petrus Reynoso, abm huius Provin  
ciae Diffinitor, multis abhinc annis in hoc Maximo Redem  
ptorum Convento Praeceptor Grammaticae, in publicam cupit  
edere lucem, meumque iudicium de illo ferre praecipereque omnia  
mea tenuitati fuissent, nisi obedientia premeret, difficillima dicta.

In omni ceterum opere non nisi peritos consulere fas est, & po  
tiori titulo in strenuis sapientia primordijs, quandoquidem vii Phi  
nius aiebat: *re de Victore, Sculptore, Fictore, non nisi Aristex iudica  
re, ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem, quapropter exiguis  
vitiis diffidens praceptorum aggredior complectere, cum familiare habu  
erim illos dantaxat Scriptores colere, qui licentrationes suas publica  
tate luci prostrastinarunt, ne criticorum aculeis exponerent, & iudi  
giorum fortuna committerent. Praesertim quia (natura in peius vera  
gente) infelix hac tempestate Poets varijs agitur convitijs, quare  
licet a plurimis sic persecuta, raris tamen faciem suam venustissimam  
revelavit, adeo ut fabula in proverbium excreverit: *non omnibus est  
adire Corinthenum*. Sed num ego in Encomiastem agam antiquorum Poe  
tarum acta me perlegisse costringam? Num ne Pithenium, Picolemi  
neum, & (vt alios omittam) Theologorum Patrem Nativzenum, cea  
feberriam in poeticam Aristotelis commentaria scribentis decurrisse  
affectabo, vt censuram super opus mere poeticum exponam? Neuis  
quam; nam sapientie huiusmodi perdusiones pudet imitari. Num  
iniquat Giralduum Forriariensem, de omnibus Poets, traicantem, &  
iudicium de vno quoque ferentem, vt nostrum scripctorem extollam?*

Minda

P. In. Epist  
to. ad Aca  
cium.

ob ambig  
i. di. 1002

Minime; quandoquidem tot ille laudes, laudatoresque sui meritis creavit, quos libros, discipuloque pariterivitis laudent cum artis Grammaticæ opuscula, quæ olim in candidatorum usum Nebriffensis enulius edidit laudent cum in portis tum aliarum Religionum Proceres, tum nostræ plures laureati Minervæ fuloris, & Præfulus civium moderantes, tum Regali Academia Doctores plures, Cathedras, ascendentes, quos ipse in Gymnasio suo lætavit tyrones, filios enutrivit; proindeque satis in Cathedra Seniorum laudent eum.

Veruntamen ne quid de opere me sentire desideres, rogatum te velim ut audias. Labor iste certe aureus mira varietate refertur verborum copia locupletatur dillectissimam pedum divitionem, ordinem, naturam, quibusque metris deservire possint accurate demonstrat; ingeniaque ad faciliorum Poeseos ascensionem me inducit: quare *liber iste* nedum in *adolescensium manibus utiliter versabitur*; verum, & ipsos Parnasi veteranos, qui mæte Musas inlequentes, haustuque Heliconæ guttatis delibantes, & olorum more canentes dulciter incanuerunt, clariori viâ, faciliiori gressu, ad culmen vique trahe, duceque.

Nec inficias libi, quod aliqui eundem scriptis suis, tentaverint laborem; suaque dictionaria, delervina prælo commisitserint; & iam per *Apparatum Poeticum*, per *Amaltheam Prosodum*, iam per *Epithetorum Theaurum*, *Gradum ad Parnasum* straverint, ut liber hic per aliam viam in Apollineum tendat scopum: nam cum ad mentem illum variæ sint semites, alius sic, alius vero sic non prohibet ascenderes; & præsupæ, quia illis relaxatis nullatenus obtusis, quod Rabilius, (huiusce methodi facile Princeps) antequam ut illi opera sua in eius officina conflaverint; adeo ut nec Anonimus veritus fuerit similia in facie sua scribere verba: *Ex quo Rabij Textoris, aliorumque librorum Poeticorum subsidio delictus, faciliorem carminis pangendi induciam acquirat*, hoc repetam in præsentiarum Hemistichion; hæc alios improbes, ut nobis satis facias.

Et certo vbi nam gentium de eadem materia, facultateve alios, & alios quotidie in mediis producere libros, extraneum apparebit? Nulli libi sanè cum Ovidius tempore suo idem non averti; immo ipse de quodam suo libro cecinerit: *Rebus idem, titulo differre*, quasi satis, est; solius tituli varietatem inducere, ut novus liber evaderet, & ut alios omittam præsertim Virgilij censores, qui illum Homeri compilarorem immurmurant; maximum solummodo Doctorem in medium adducam Hieronymum, qui accusationem futuri perperus, eo quod non nulla Origenis loca non maculis errorum inquinata in suos libros transfudisset ab his, & alijs *emulorum convitijs volens se liberare*

Terentij sententijs usus est; immo ex eius carminibus, quasi centenas efformavit; & inter alia hæc ad rem nostram valde apposite personare non renuit:

*Quid illi male dictum vehebentis existimant,  
Eam laudem ego ducō maximam, cum illum volo imitari,  
Quem vobis, & cunctis pendensibus placere non dubito,  
Si enim criminis est, Græcorum bene dicta transferres,  
Accusatur Ennius, Maro, Plautus, Cæcilius, & Terentius,  
Tulliusque; sed, & Helarius nosse furti reus erit, qui in Psalmos  
Quadragesimam fere millia versus supra dicti Origenis ad sensum vertit,  
Quorum omnium æmulari ex opto diligentiam,  
Polius, quam istorum obscuram negligentiam.*

Auscultent amici Zoij nedum apud Ethnicos in usu fore, scripta veterum accurata aliter, vel aliter in usum studentium transcribere; verum, & Scriptoribus Sacris simillare fuisse virorum scientiam meritorum oracula tum perperissimam, tum per artem contentoniam repetere, ut libros suos auctoritatibus impleant, & omni genera eruditione ditarent; & aliter moniti addiderint præsentem librum valde vigilanti studio, multumque novitatis afferre; quo facilius juvenes modum carmina componendi, & gustus, & auribus, gratè possint accommodare. Quæ propter illum typis mandare æquum erit hic postere Revme, dignationi placium fuerit, Imperitæ licentiam. Ita censeo (*salvo meliori iudicio*) in hoc Mexicano Conventu die 6. mensis Martij Anno Domini 1733.

Rev<sup>me</sup>. P. N.

Addidissimus Servus tuus

Fr. Joannes Antonius de Segura  
Troncofo,

Licet

Georg. Fabricius, in Ovic.

Ovidius de Pont. lib. I.

Hieronymus in præf. ad comment. in Hieron.

Licentia Ordinis.

**FR. FERDINANDUS SIERRA, SACRÆ THEOLOGIÆ**  
 Magister humilis Vicarius Generalis barum novæ Hispaniæ  
 Provinciarum Mexicæ, Guathemalæ, Insulæque S. Dominici, & alia-  
 rum adjaccntium Regij, ac Militaris Ordinis B. P. MARIÆ de  
 Mercede Redemptionis Captivorum, Episcopatus Curiduvensis, &  
 Malacitanæ Examinator Synodalis, &c.  
 Theoræ præsentium, ac auctoritate nostri officij, qua in hac  
 parte videmus, nostram impartimur licentiam P. Predicatori Fr. Pe-  
 tro Reynoso, Diffinitori nostræ Mexicanae Provincie, ac eiusdem filio,  
 & in nostro Mexicano Convento Institutionis Grammaticæ publicæ  
 professori, ac Magistro, et obtentis prius alijs de jure facultatibus;  
 typis mandare queat Librum, cui titulus: Artificiosum Vocabu-  
 larium Poeticum, quæcumq; requisitum à viris doctis huius nostræ  
 Provincie, quibus commisit examen, puritatè non opponitur sine  
 dei, quinimo studio inventuri profuerunt indicatur: in cuius fi-  
 dem præsentis ei literas dari iussimus manu nostra subscri-  
 ptis sigillo minori nostri officij committas, & à nostro Secretario  
 referendat in hoc nostro Mexicano Conventu die septimo mensis  
 Martij, Anno Domini millesimi septingentesimi trigésimi tertij, à  
 Descensu verò B. P. MARIÆ Revelationis, ac Fundatione nostræ  
 Ordinis 515.

Fr. Ferdinandus de Sierra,  
 Vicarius Generalis, 758

De mandato Revm. P. N. Vicarij Generalis

Fr. Michael Picazo,  
 Lect. Jubil. & Secr. Gener.

FRUSTULA POETICA.

*Frustula nunquæ poetos, ut Citharista novellor,*

*Que pluma cecini, do sunt, & opuscula parvæ.*

*Quæ cantata sonant varijs comperla cæmentis.*

*Hic sunt (sed brevitè) quedam magnalia Patrum,*

*Heroum, Procerum, quorum cogarimus acta,*

*Ac varias res conspicies quis carmine pictas.*

*Est scopus Auctoris contingere vulnè libello,*

*Quæque Thalia dedit, vel Clid, Mæsaræ quævis,*

*Sive det ingeniosa mihi Polihymnia cantus,*

*Iam Divis magnis, iam Mæcenatibus ultra,*

*Ut Citharista recens tremulus cantare recentes,*

*Sed tremis ipsa manus, digiti pulsare recessunt.*

Ad Lectorem pietatis, & Grammaticarum li-  
 terarum studiosum admonitio.

**P**ER magni interit mea vitiosè dicentis, lingue læne fidef-  
 ter initiari, ut ætas pœvillis frustra e'at ore? Mea necientis,  
 quas Grammaticæ cæves, aurea compendia, postremo dicta-  
 ta, quæ Synonima, quæ Epitheta doceant, inculcare nûdè, ac  
 frigide mûstare interit, ut nûsquam magis similes habeant labra  
 laeucæ? Non fieri potest, ut Profodia munditè sibi comparet puer:  
 nec enim is rectè quenquam erudiet, cuius sermo vitiosus sit: ut nul-  
 la res dat alteri colorem, quem ipsa non habet. Hoc igitur eo superer-  
 lio, quò paucorum pedum æstimatur, facio vt memet rei Grammati-  
 cæ Atlanta iactem, idque pueris miseris peruadcam? Nunquid rot  
 documenta animum meum ad nonnullam ingenij ostentationem tam  
 pulsura sunt, quibus vel Poetarum, doctissimi tam Græcorum, quam  
 Latinorum ipsi videntur, nedum Tyrones, vel sui curam sustineam, qui  
 veluti rhamnus cupidè quidam præcepitunculis arripient, & culcitraque  
 pessimè omnem Profodiam tractant? Non dubi o, quin in tanta opi-  
 nionum, & animorum varietate nonnulli miraturi sint, quedam  
 exempla à nobis poni, que durissima videri possint: sed humanitè  
 se non solum cogitatuos credo, quam difficile sit multa nova dicent  
 tem omnibus placere, sed considerare esse etiam in Etymologia tria  
 esse

esse requirenda, significatiōem, vel eandem, vel paulum deflectam :  
mutatiōem verecundam, à quaque aures non abhorrent: postremū  
exemplorum similitū copiam, quorum emulati exopto negligentiam  
potius, quam quorūdam affectam, & obscūram diligentiam. Quis  
enim doctorum necit pueris erudiendis omnia iusto clariora esse  
oportere? Quorum disciplinam solmani devorandum tedium illud,  
tenuissimas particulās, atque omnia minuta mansa, ut agunt nutrices,  
in os inferendi. Itaque mihi viliū verū non debet, si commoda bre-  
vitate accedent, verborum facillī enarratiōe pueros inescandos cen-  
sui, multa ad firmos ætatis robur retervans: quibus affixis verebar  
ne laboris vestigijs detentis, multi deficerent à multis, quorum non-  
nullis, vel tedij musca animum refringit, & eiecit.

Sed nescio quo facto factū dicam, ne videar meos vana spe  
lactassem. Methodū, ut arbitror, non incommodam, nec difficilē  
ad varios verus tradidit, veritas, quā iustum pedes contextui: ut si-  
dem metra aliqua ex parte liberarem, schedas has sub eandem reco-  
cavi, à quibus nequaquam obtinuit resiceret: pene singulas orati-  
onis partes, ratione contentendæ Prologiæ accidentibus ad id signifi-  
candum maxime accommodatis ratione inflexionum reddidi, docto-  
rum viliū consilio, ut sine viliō errore pueri latine loquerentur, eoque  
admiraculo facilius memoriæ adhaerere, loca Auctorum, quæ ve-  
luti sua fide inserita fuere, infundendo. Quod quidem opusculum  
in presentia ad te mitto: pusillum quidem, & novum, sed non pusil-  
lum vilitatis allatum nolte, nec laudaturus sum, nec cui videar  
arrogantior, nec viuperatus, ne parum candidus habear. Verūm  
hæc præfari viliū est, ne post hæc quisquam, ut meum amplectatur,  
quod ipse Vocabularia mihi non assero. Scis in præceptis, brevitas  
semplacere Flacco, cuius sententiā, & ipse vehementer approbo.

Jun. v. Hæsbant, nostras tanquam in sebra, quoties ad syllabarum  
quantitates veniebat, ut *primis*, & *medijs* præteritū, quod quid  
sequerentur, satis ob oculos non haberent. Eademque de causa duo  
de triginta Vocabularia reposui ad omne pedum genus, quo facilius  
expeditūque, quid in yauiculusque coniugationis temporibus, mu-  
tatione, additione, denatatione (pro ut Analogiæ ratio postulat) po-  
nendum esse, agnoscerent, & ad ea, quæ minus difficultatis præse-  
rent, mēusque temporis requirunt, animum adijcerent. Terminatio-  
num item Synopsi ad marginem subiecti, quo vno quasi obtutu tota  
Vocabularij series appareret. Tum sanè intelligent, studiosi, quanto  
studij literarum emolumento, atque ornamento, ea Prologia sit,  
quæque nullo pene negotio cognosci, atque edisci possit, ut omnes  
etiam non solum intelligent, sed oculis etiam ipsis percipiant, quam

aptes

aptes, convenienterque, tum pedes in Vocabularijs, tunc ex centuris  
Paradigmatum excepti, ad Metra indicanda sine collocari, & quam  
distincte, ordinateque ty labarum quantitates facile sciatur, ut ratio  
postulat. Appendicis loco tabellās aliquot maiori ex parte novas om-  
nino, & adhuc ineditas proposui regulis nonnullis, quibus omnia,  
quæ in Metro continentur, in Paradigmati dicto citius reperirentur:  
ita ut Verus cuiusque generis constanter: ita enim fiet, ut nihil  
amplius desiderari posse videatur, quod ad Metra, idoneamque Ha-  
gogen pertineat. Quin etiam si legitur mos pedes proprijs inspicias,  
hoc, quod dico, intelliges: Diligentius memoria mandandi sunt pe-  
des, ex quibus Metra consiciuntur, atque ideo hoc loco, quæ possum  
brevitate de Metris disputabimus. Ut autem Carminum denotio  
incōfusa, & illibata seruetur, & ab studiosis adolescentulis sapienter etiā  
propria manu descibatur, ut syllabarum & accentuum, proportionum  
que ratione eo melius novent, & diligētius opera daret, recte pronuciare  
condiscant, cum quo ad Spondei, & Dactyli collocatiōem, maxime in  
Verſu Heroico opposita additi sunt duo de triginta pedes in Tabellis  
assignati, ut sint radices Metri.

Præcipua autem Metra sunt, Hexameter, Pentameter, Saphi-  
cus, Gliconicus, &c. inter quos idem numerus pedum interijciunt:  
Quædam radices Hexametri statuuntur à nobis in Tabellis Centuriæ  
primæ: Propterea, quod pedum ordo rectius duas, & triginta figuras  
Heroici demonstrat, & ad Metra extruenda magis accommodatæ, ut  
ex eis, quæ dictari sumus, perspicuum fiet. Quo pacto autem huius  
modi pedes in Tabellis collocati dicto citius Metra indicare possint,  
nulla facti mutatiōe, plantum fiet ex eis, quæ sequuntur sed primo  
loco, qua arte, ac industria per pedes Vocabularij disponantur, do-  
cendum. Quod ut commodius fiat in singulis versibus, Paradigmata  
apposuimus in Manuductione.

Etsi ad figuras cuiusvis Carminis inveniendās, regulis genera-  
libus non indigemus, cum eas sine regulis generalibus, multo facilius  
reperire possimus, ut paulo post dicemus: tamen ut syllaba ab Au-  
ctoribus artis hoc vsque tempus observata in Metris inveniendīs ali-  
quo modo retineatur, tradimus primum viam, qua Carmina cuiusvis  
generis ex regulis generalibus inventis reperiantur, deinde, quæ ad  
partium declinatiōem, coniugatiōemque, a quæ proprietatem agnos-  
cendam arinent, posuimus: postea sub coronidem in eadem cuiusvis  
Vocabularij pauculas Carminum figurarum præceptiōnes redegitimus,  
sicut enim citius, quam multis, & longis definitiōibus rationem accen-  
tuum discant cum quæ sunt oculis subiecta fidelibus, acrius irritant  
animum, quam quæ per aures demissa.

Quæ

Qui convenientia, & similitudine animadverſa facilius in ul-  
 ro diſcitur, & memoria retinebunt carminum Paradigmata. Ut au-  
 tem Tyronibus materia ſuppetat, in qua legenda, & relegenda, & ſi  
 ita neceſſe ſit, deſcribenda, ſeſe exerceant, adieci formationes faci-  
 liores, atque terminationes ſub finem cuiuſque Vocabularij, aliquot  
 verſus cum numeris arithmeticis in quibus ſat manifeſta diligentiæ, &  
 profectus ſui documenta edere poterunt, ita enim percepta ſam quan-  
 titatis dulcedine, illecti ſponte ſua, & alacres Magiſtri ad laudem, &  
 decas præcuntis veſtigia perſequentur, quæ co erunt amabilia, atque  
 optabilia, quo magis etiam exornabilia pietate, morumque bonita-  
 te. Hæc tibi æquidoni conſule, ac ſiqua perſpicuitas ad ea, quæ memo-  
 ro, accēſit, ea ad inventus utilitatem vtere. Vale.



R. P. M. Fr. MICHAEL DE TORRES, OLIM IN  
 Angelopolitano Conventu ſemel, & iterum Commen-  
 dator, & Regens, S. Inquiſitionis Officij Qualificator, in  
 laudem Auctoris Condiſcipuli, & antiqui amici ſui cor-  
 de potius, quam chorda occinuit.

**EPIGRAMMA.**

*Cana ſonat, nam rupta diu, nec conſona cantat.*

*Muſa, ſed arriſet, dummodo pulſat amor.*

*De librum valeam laudare è gurgite pleno.*

*Ipſe Auctoꝝ numeros conſeras, atque ſonos.*

*Ore Manu ducens, ad culmen tollis olimpi.*

*Et voce, & calamo carmina culta Lyra*

*Metiris (PETRE) immenſum, methodoſque reſormas.*

*Edoceas Quantas Muſa, nec vlla valet.*

*Ergo te extollat, laudet te grata Minerva*

*in lucem cupiens, lumen, ut addas, Opus.*



R. P. M. Fr. MICHAEL DE TORRES, OLIM IN  
 Angelopolitano Conventu ſemel, & iterum Commen-  
 dator, & Regens, S. Inquiſitionis Officij Qualificator, in  
 laudem Auctoris Condiſcipuli, & antiqui amici ſui cor-  
 de potius, quam chorda occinuit.